

1	Lugete, o Veneres Cupidinesque!	lūgēre trauern Venus , eris Venus, <i>hier</i> : die Liebesgöttin Cupīdō , inis Cupido, <i>hier</i> : der Liebesgott
	Passer mortuus est meae puellae,	passer , eris <i>m</i> der Sperling
3	passer, deliciae meae puellae,	dēliciae , ārum <i>f</i> der Liebling
	quem plus illa oculis suis amabat:	
5	Nam mellitus erat suamque norat	mellitū honigsüß nōrat = nōverat sua ipsa seine Herrin
	ipsam tam bene quam puella matrem;	
7	nec sese a gremio illius movebat,	sēsē ~ sē gremium der Schoß
	sed circumsiliens modo huc, modo illuc	modo <i>hier</i> : manchmal circumsilīre herumhüpfen
9	ad solam dominam usque pipiabat.	pīpiāre ad jmdn. anpiepsen
	Qui nunc it per iter tenebricosum	tenebricōsus finster
11	illuc, unde negant redire quemquam.	negant man sagt, dass ... nicht
	At vobis male sit, malae tenebrae	male esse schlecht ergehen
13	Orci, quae omnia bella devoratis!	Orcus der Orcus (<i>Bezeichnung für die Unterwelt</i>) dēvorāre verschlingen bellus schön
	Tam bellum mihi passerem abstulistis.	
15	O factum male! O miselle passer!	misellus arm
	Tua nunc opera meae puellae	tuā operā deinetwegen
17	flendo turgiduli rubent ocelli.	<i>Ordne</i> : turgiduli ocelli meae puellae turgidulus geschwollen rubēre rot sein ocellus das Äuglein